



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

118 Excommunicationis poenam incurrunt, qui per se; vel alios directè, vel indirectè à clericis onera exigere praesumunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

constituti; ita etiam eidem juri conforme est, ut iudicibus secularibus non sint subjecti. In bonis autem, quia, cum tributa, & vectigalia Regibus, & alijs Principibus ad suam ipsorum, & reipublicæ sustentationem exsolvantur, ¶ & clerici non minores operas, & labores rei ecclesiasticæ impendant; æquum, & juri naturali, ac divino consonum fuit, ut à solutione tributorum exempti essent, ut legitur *Genes. cap. 47. & cap. tributum, 23. quest. 8.*

Ideo Constantinus, & Constanti Imperatores, ecclesiasticas personas privilegio immunitatis gaudere voluerunt; scientes magis religionibus, quàm officiis, & labore corporis, vel subbre imperialem rempublicam contineri, *cap. in qualibet, 23. quest. 8. Sayr. eodem capit. 22. numer. 5. cum allegatis supra in cap. 14. numer. 9. par. 1.*

118. Hæc enim exemptione, & immunitate ad eò plenè personæ ecclesiasticæ, & eorum, ac ecclesiarum bona fructus, & redditus, & proventus gaudere debent; ut, qui per se, vel alios directè, vel indirectè, ab eisdem onera imposita exigere præsumunt, eandem excommunicationis poenam incurrant, ut in Bull. Cæn. Domini, dicto numer. 18. vers. nec non qui per se.

119. ¶ Indirectè enim exigitur, colonos, seu massarios occasione culturæ bonorum ecclesiasticorum, hospitatione militum, vel aliorum gravaminum onerando, aut ab ipsis exigendo: quia quæ à colonis pro labore, seu trafico bonorum ecclesiasticorum in totum, vel pro octava, aut alia parte exiguntur, in præjudicium ecclesiasticarum personarum percipiun-

tur, quia ratione oneris res minoris estimationis efficitur, gloss. final. in l. generalis, § final. ff. de usufruct. leg. & Olalch. decis. 83. num. 9. Unde ecclesiastici non ita de facili inveniunt rusticos, qui sua prædia colere velint, ut animadvertit Peder. de Sen. cons. 111. num. 10. in fin. quidquid contrarium teneat ibi in principio, ut validioribus rationibus, & auctoritatibus infra demonstrabitur: quia, si coloni ad onerum solutionem, seu militum hospitationem, qua non parvum onus infertur, gravarentur; laici per indirectum exigent collectas ex bonis ecclesiasticis, quæ sunt hoc casu etiam ex persona colonorum exempta, ut l. 1. & 2. C. de Episc. & cler. cap. Ecclesiarum, & ibi gloss. in verb. clericorum, 12. quest. 2. cum alijs supra, in cap. 14. nu. 6. 32. 33. & 35. par. 1. allegatis Exigentes autem, excommunicationis sententiam in Bullam Cænæ Domini contentam incurunt, ut in eadem Bull. eodem nu. 18. vers. nec non, dicto c. 14. num. 35.

120. Exemptio si enim competens bonis ecclesiasticis est realis; & ideo comprehendit quoscunque colonos, ut declarat gloss. in clem. 1. in ver. excolendas, circa finem quam sequuntur Jac. & Imol. ubi etiam Abb. num. 10. Qui illam dicit esse notandam ad similia, de decim. idem Abb. in c. ex parte, numer. 4. eodem tit. & in cons. 8. numer. 3. Rot. decis. 4. numer. 1. de privilegio in antiquo. & in una Caurien. coram Cantuccio, decis. 23. num. 6. par. 2. Grat. cons. 130. cui subscripserunt Alciat. Salutiol. Bero. August. & Ianet. nu. 4. ubi pluribus fundamentis hæc conclusio comprobatur, & latè Surd. cons. 301. numer. 62. 63. & 78. volum. 3. & inquit Bald. quòd, si coloni isti gravarentur, de facto gravarentur, &